



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

13. De Baptismo Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

DE BAPTIS
MO CHRISTI DO
MINI NOSTRI.
MEDITATIO XIII
EVANGELIVM.

Matt. 3.

Mar. 1.

Luc. 3.

N diebus illis venit
Iesus à Nazareth Ga
lilee in Iordanem, ad
Ioannem, vt baptiza
retur ab eo. Ioannes
autem prohibebat eum, dicēs. Ego
à te debeo baptizari, & tu venis ad
me? Respondens autem Iesus dixit
ei. Sine modo, sic enim decet nos
implere omnem iustitiã. Tũc dimi
sit eum, & baptizatus est à Ioanne
in Iordane, baptizatus autem con
festim ascendit de aqua, eoq; oran
te apertum est cælum, & descendit
Spiritus S. corporali specie sicut co
lumba, in ipsum, & mansit in ipso.
Et vox facta est de cælis. Tu es filius
meus

meus dilectus in quo mihi compla-
cui. Et ipse Iesus erat incipiens qua-
si annorum triginta.

FIGVRA.

POPVLO Israelitico transiunte
Iordanem; vt ingrederetur ter-
ram promissionis, arca Dei precede-
bat omnes; & primo aquam fluminis
intrauit, quæ diuisa sunt, donec totus
populus transiisset incolumis.

PROPHETIÆ.

- 1. **R**equieuit super eum Spiritus Domini. *Esa. 61.*
Spiritus sapientia & intellectus.
- 2. Vox Domini super aquas. De^o maiesta. *Psal. 29.*
tis in tonitruo, Dominus super aquas multas.
- 3. Ecce seruus meus, suscipiam eum, elo-
quus meus complacuit sibi in illo anima
mea, dedi Spiritum meum super eum.

CONSIDERATIONES.

CONSIDERA, quanta humili- *Punct. 1.*
tate Filius Dei, in media turba Publi-
canorum & peccatorum, ac si purus ho-
mo esset, adeat Ioannem Baptistam, vt
ab eo baptizetur. Vadit quasi vnus de
populo, qui solus erat immunis à pecca-
to. Vadit solus sine socijs: nec enim ad-
huc habebat, qui eum comitari possent
discipulos ille, cui assistunt & seruiunt *Dan. 7.*

13 An-

PTIS
TI DO
TRI.
D XIII
VM.
illis venit
zareth Ga
rdanem, ad
vt baptiza-
o. Ioannes
dicēs. Ego
u venit ad
Iesus dixit
deceat nos
Tūc dimi-
à Ioanne
tem con-
q; oran-
escendit
e sicut co-
t in ipso.
es filius
meus

Angelorum legiones. Et quis tunc fibi
 persuasisset, illum esse filiū Dei, & Do-
 minū Maiestatis? Multū profectō Do-
 mine te humilias, nimium te occultas,
 sed non poteris te occultare diū, quin
 cognoscaris & prædiceris à Ioanne, qui
 etiā vtero matris adhuc inclusus te co-
 gnouit, & motu exultationis suæ de te
 testimoniū reddidit. Visne ò bone lele
 baptizari? at qua de causā? an sano ne-
 cessaria medicina est, & mūdo opus est,
 vt mundetur? Vnde contraxisti pecca-
 tum, vt opus habeas baptismo? Nō ce-
 rē à Patre, qui est Deus, cui es æqualis,
 in quē cadere nō potest peccatum. Nec
 à matre, quam elegisti virginem; nec
 enim contrahere peccatum ab illa potui-
 sti, quæ cōcepit te sine peccato, & salua
 sua Virginitate genuit. Credo omninō
 tantam humilitatem & exinanitionem
 tuam solam effecisse, vt puncto illo tē-
 poris patefacti sint cæli, & descēderint
 Angeli ad comitatum & honorem tibi
 præstandum. Et quoniam alius aderat
 nullus, qui te cognosceret, vel testimo-
 nium tibi daret, dum conaris occultare
 tuam Maiestatem, Pater æternus de ce-
 lo ore suo dilectū filium suum te palā
 nuncupans, extollit & illustrem ac glo-
 riosum toti mundo reddit.

CON-

2. CONSIDERA, quis stupor
 mentis, quæ admiratio sanctū Patriar-
 cham Ioannē ceperit, vt aspexit Salua-
 torē mundi ad se baptisimī causa tendē-
 tem. Non dubiū, quin humi ad pedes
 Christi prouolutus humilia illa verba
 protulerit. *Ego à te debeo baptizari, &
 tu venis ad me?* Meritò à te, quia & in
 ventre Matris meæ adhuc existens, sum
 sanctificatus à te. Ego homo peccator
 opus habeo mundari & lauari à te, & tu
 venis ad me? Tu, qui es agnus ille in-
 nocētissimus sine macula peccati, nō in-
 diges pœnitentia, nec hoc baptisimo;
 tu ergo, qui ad tollēda peccata venisti,
 potius debes me baptizare, & peccata
 mea tollere. Verū quid sibi vult hęc cō-
 tentio Ioannis cum Christo? cū tamen
 Ioannes semel virtute Spiritus sancti à
 peccati originalis contagio purgatus,
 non potuerit rursū sacramento aquę
 ab eodem expurgari? Nimirū alia fuit
 Ioannes intentio, cum enim sciret post
 mortem sibi descendendum esse ad in-
 feriores partes terræ, ibique perman-
 surum, donec passione Christi apertum
 esset cælum; etsi maculæ, quę baptisimī
 lauacro eluitur obnoxius non esset, ta-
 men non erat ea libertate adhuc dona-
 tus, vt ei aditus pateret in patriā celestē

ante profusum à Christo sanguinem, quo omnia peccata debebant expari, & portæ regni cælestis patefieri. Hic ergo baptismus est, quo Ioannes iniunctum desiderabat à Christo, pro hoc contendit, pro hoc demittit se. Et quid mirum, humiliare se Ioannem, submittere se hominem terrenum in conspectu tam humilis & mansueti Saluatoris Dei?

3. EX alia parte perpende quomodo Christus humiliauerit se coram Ioanne, & magno studio petiuerit ab eo baptizari. O si mihi peccatori fors obuenisset, tunc in illa peccatorum turba versari, & interesse humili huic concertationi, quæ inter discipulum & Magistrum, Creatorem, & creaturam, Deum, & hominem, intercesserat, qui inter se contendebant, non de primatu, vel de prærogatiua honoris, vt homines huius sæculi, sed de officio humilitatis, vter akeri prius se submittere debuerit. Hoc, inquam, certamen si mihi videre licuisset, quanta voluptate perfusa fuisset anima mea? quam insigne exemplum accepissem, deinceps humiliandi me, & demittendi superbiam & fastum meum?

4. CONSIDERA, quomodo in hoc

hoc certamine tandem Dominus euaserit superior; nam cum dixisset, conueniens esse ita fieri, *ut impleteret omnem iustitiam*, Ioannes acquieuit. Sed quæ erat clementissime Domine illa iustitia, quod debitum, quæ caussa, ut exiustitia tenereris, instar peccatorum ablu-
 lui aquis Iordanis? Baptismus Ioannis erat signum pœnitentiæ, & tui baptis-
 mi figura, quo peccata expiantur: Sed quid tibi, qui nunquam peccâras, cum pœnitentia & remissione peccatorum? Nihilominus, ut Saluator noster baptizaretur, conuenientissimum fuit, sicut & necessarium fuit, ut pateretur & moreretur pro nobis, ac ita intraret in *LUC. 24.*
 gloriam suam. Nam cum vnâ cum carne nostra assumpsisset formam peccatoris, & in mundum venisset, ut satisfaceret pro nostris delictis, congruens quoque fuit, ut in se reciperet pœnas omnes & remedia, quæ ad illa expianda requirerentur. Pro me ergo voluit Dominus baptizari, meæ fuerunt sordes, quæ aquis Iordanis sunt abluta, & sic pro meis lapsibus conueniebat satisfieri diuinæ iustitiæ. Benedictus ergo tuis mi Redemptor, benedicta caritas tua, quæ te impulit, ut illam satisfactionem, quæ meis iniquitatibus
 I s bus

bus debebatur, in humeros tuos imponeres.

5. CONSIDERA deinde, quomodo Ioānes ad Dominū baptizandū se paret, rex angelorū vestib. se suis exuat, virginea illa caro beatis Ioānis manib. tangatur, & aquis Iordanis perfundatur; angeli quoq; de cælo descendāt, & cælestes Hierarchie magna reuerētia currant ad creatorē. Effundit aquā creatura in creatorem, & dextera mortali, lauat caput Dei immortalis. Tremunt ad hoc spectaculum cælū, obstupescit terra, admirantur angeli, Dominum vniuersi intra manus hominis mortalis concludi. Quid agis Ioannes? quid cogitas? Quomodo audes eū, quē Cherubini & Seraphini intueri reformidant, intra tuas manus nudatum continere? Ille, qui solus lucem inhabitat inaccessibilem, quem laudant astra matutina, quē vniuersa cælestis patriæ multitudo cōtintuis vocibus collaudare & magnificare non cessat, dicens, *Sanctus, Sanctus Sanctus*, coram te se inclināt, & manibus submittit? Tremunt Ioannes, nec mirum hominem tremere, & non audere manum atollere, ad verticem tangendum sacri illius & diuini capitis, quod adorant angeli, venerantur potestates,

Isa. 6.

Iob 38.

Isa. 6.

reuerentur & timent principatus. Fœlix Ioannes, cui soli concessū fuit, quod omnibus alijs est denegatū, nempe, baptizare illum, qui solus homines baptizat Spiritu S. & igni. Hoc baptismo terminata est Lex, finem habuere prophetiæ, & vetera omnia sacrificia sunt antiquata. Ibi in ingressu Christi in Iordanem, vidisses totum mundum instar Naaman Syri lepra omnino operti, & peccatis inquinati, vnā cum Redemptore suo aquis illis immergi; deinde cum eodē ex illis emersum resurgere in nouā creaturā rugæ & maculæ expertē transformatū. Ibi inchoata & confirmata fuit purgatio & regeneratio nouę legis, ibi homo vet^o peccati submers^o fuit & sepultus, ibi exortus est nouus homo q̄ ad imaginē & similitudinē Dei creatus est. Ibi deniq; aquæ oēs Domineæ carnis contactu factæ sunt salutare, & virtutē animę maculas eluendi, ac peccata totius mundi expiandi acceperūt.

6. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui.* Nunc ō bone Iesu opus amplius nō est vt te abscondas. Non est amplius tēpus tacendi. Ecce pater cælestis, iā te mūdo manifestauit, & pro suo filio dilecto declarauit, in quo nihil vnquam inuenit, quod displiceret ocu-

lis Diuinæ Maiestatis, eò quod semper te obsequentem, in omnibus quæ suæ Diuinæ voluntati grata essent, offenderit. Loquere ergò iam tandè ò Magister gentium, quousque tacebis & dissimulabis? nunc potestas tibi loquendi facta est; quousq; ergò ò potentia & sapientia Patris quasi infirmus & insipiens in populo delitesces? quamdiu ò nobilissime Rex cæli patieris te appellari & haberi fabri filium? *Accingere* tãdem gladio tuo *super femur tuum potentissime*, & mundo iustitiam annuncia; pugna, uti fortissimus Dux noster, contra fortem armatum pro salute, & generis humani redemptione. Erumpant semel amoris flammæ, in pectore tuo succensa, & accendatur mundus totus, ut liquefacta cordium humanorum glacie omniq; timoris frigore depulso, conflaret & consumatur igne charitatis.

COLLOQVIUM

ROGABIS Christum Dominum, ut, sicut voluit ad expiandas animæ tuæ sordes in flumine Jordanis à Ioanne seruo suo baptizari; ita tibi gratiam impertiat, ut, quoniã peccatis fidẽ in primo baptismo olim promissam

Matt. 13.

Psal. 44.

Luc. 11.

violasti, possis secundi baptismi pœnitentia virtute cōsequi omnium peccatorum veniam & indulgentiam, & recuperata veteri gratia fieri idoneus ad recipienda Spiritus sancti dona.

DOCUMENTA.

1. **C**HRIſTUS, uti verus humilitatis magister, voluit in mūdo haberi abiectus & contemptus, dum miscet se peccatorum turba, & vult à Ioanne baptizari, & nos, licet peccatis obnoxij, volumus videri honore & gloria digni, atque si aliquid boni in nobis esset, & è contrario defectus, qui in nobis inveniuntur, magno studio occultamus.

2. Christus in omnibus actionibus suis nunquā se demonstravit esse eximium & singularem quendam hominem, sed ceteris simile quare & voluit circūcidi, in templo presentari, cum alijs à Ioanne baptizari. Sic serui Dei alieni esse debēt à vitio singularitatis, non solum in rebus ad corpus, sed etiā ad mentis demotionē, & actiones spirituales pertinentibus, ac proinde conari, ut accommodet, quoad fieri potest, in cōmune se omnibus, nec velint videri aut singulares, aut peculiaria præ alijs privilegia sibi vindicare.

3. Cū Christus à Ioanne postularet bapti-

zari, nō ante acquieuit, quā illi à Christo
mandaretur. Vnde discimus, dignitates
& pralaturas Ecclesiasticas, maxime
qua animarum curam adiūctam habet,
non esse temerè acceptandas, multo autē
minus ambiendas vel procurandas. Sed
dum offeruntur recusandas, & fugiēdas,
nec recipiēdas, nisi ab ijs, qui auctoritatē
habent, nobis imperentur.

4. **CHRISTVS** dixit, complementum
esse iustitia, si ipse se submitteret Ioanni,
hoc est, creator creatura, quomodo ergo
gloriarī iustitia nomine possunt, qui nō so-
lūm nō volunt se alijs subicere, verū etiā
contemnunt suos inferiores, & vix sub-
mittere se volunt suis superioribus?

5. **CHRISTO** post baptismum susce-
ptū orante apertum est calū. Si volumus
preces nostras esse Deo gratas & merito-
rias, lauemus prius cōscientias, & mun-
demus animas nostras ab omni macula
peccati. Vbi & illud discimus, post recep-
tam gratiam, adhuc frequentē orationē
necessariam esse ad eam conseruandum.

6. **CHRISTVS** submitteus se Ioanni
manibus, meruit honorari voce Patris,
& à Spiritu sancto, qui visibiliter in eum
descēdit. Si digni esse volumus honore &
gloria, quam Deus in Angelorum pre-
sētia seruis suis communicabit in calū.

humi-

humiliemus nos in presenti vita, & quantum possumus demittamus.

1. Apparuit Spiritus sanctus super Christum in forma colubæ, ut indicaret gratiam Spiritus sancti illi qui habet proprietates colubæ, nam primo utitur gemitu loco cantus. Secundo caret felle.

Tertio non ferit rostro. Quarto non habet ungues recuruos. Quinto educat pullos alienos, ut proprios. Sic homo perfectus, debet uti gemitu, & lachrymis dolorem de peccatis testari. Secundo debet esse mitis, expers omnis iracundia & odij erga proximum. Tertio, non lingua offendere quemquam, aut famam alicuius detrabere.

Quarto, nec usurpare aut retinere alienum. Denique debet caritatis & misericordie affectu necessitatibus proximi, æquè atque suis succurrere.



DE